Bartoszewicz nemineque alio tam in bonis quam hic circa Acta impugnante intromisit et in pacificam possessionem contulit, de quo eam suam relationem Nobilis suprascriptus eam in Acta attestantibus fecit.

Borowski **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransciensis personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Mathiae Dworzewic Wyszkowski sanus mente et corpore exponens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Marianus filius Stanislai Borowski ex obligatione bonorum in haereditate Wyszki consistentium sibi per ipsum inscriptos Triginta florenos Polonicales persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis condescendit.

Wyszkowski **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransciensis personaliter comparens Nobilis Marianus filius Stanislai Borowski sanus mente et corpore exponens palam ac libere recognovit Quia sibi Nobilis Stanislaus olim Lucae Wyszkowski ex obligatione bonorum in haereditate Wyszki consistentium principaliter per Nobilem Stanislaum Borowski parentem eius Nobili Christophoro Mierzwinski in Decem florenis inscripta et per Mierzwinski sibi demissa tandem per eundem parentem suum ipsi una cum aliis Omnibus bonis in Wyszki existentibus perpetuo assignatis emundando ius suum perpetuum eosdem Decem florenos Polonicales persolvit ideo ipsum quietat Inscriptiones originales et cessiones cassat ac de bonis ab haeredi et eius iure quaesitis condescendit.

Piętka **Demissio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransciensis personaliter comparentes Nobiles Joannes olim Martini et Melchior olim Valentini de Piętki Basie haeredes sani mente et corpore exponentes palam ac libere recognoverunt. Quia Nobili Stanislao olim Joannis Piętka et ipsius successoribus Obligationem terrae immobilis in bonis Piętki Basie Cistowizna dictae olim Nobili Stanislao Piętka patruo suo per Nobilem Stanislaum olim Mathiae Piętka avum eorum in Decem florenis Polonicalibus seu quot et quanta ex inscriptione apparebit inscriptis et dicti se Nobili succedere et successores legitimos demisit cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionibus suis ac parata in iure pro redemptione emissione obligamentis in Originali inscriptione contentis dimittunt Inhibentes illi exnunc cum posteritate parcit per Nobilem et Nobiles duos acceptandas admittendo.

Piętka **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransciensis personaliter comparens Nobilis Fabianus olim Martini Piętka sanus mente et corpore exponens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Melchior olim Valentini Piętka Quatuor Sexagenas Polonicales ex obligatione bonorum in haereditate Piętki Basie consistentium sibi per eum inscripta persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis exnunc condescendit.

Piętka **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransciensis personaliter comparens Nobilis